



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 14. Thomæ propinqui proscribuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

destitueret. Verum adjecit, ut discas Sæcul. XII.  
pauper vivere, & modo tempori con- A.C. 1164.  
gruo, te manibus hujus Abbatis com-  
mitto, apud quem diversaberis, usque  
dum sors mitior succedat. Erat is Ab-  
bas Guiscardus Pontiniacensis, exinde  
Archiepiscopus Lugdunensis, quem eo  
consilio Papa adesse jusserrat. Ergo Tho-  
mas cum quibusdam suorum Pontinia-  
eum profectus, credidit recipiendum si-  
bi esse habitum Monasticum, ut dignus  
Archiepiscopus Cantuariensis esset; in  
Historiis enim legerat, nunquam jurgia  
in Regno Angliae fuisse exorta, nisi cum  
viri, non Motachi, in Cathedra Cantua-  
riensi sedissent. Quare missis ad Papam  
nunciis laneam vestem grossioris contex-  
tus, ejus manibus benedictam, accepit.  
Ceterum Archiepiscopus Pontiniaci  
quiete fruebatur, sibique in illo secessu  
tanquam in virtutis schola positus vide-  
batur.

#### §. XIV.

##### *Thomæ propinqui proscribuntur.*

Sed post aliquod temporis spatium so-  
litudinis dulcedinem exules turba-  
verunt, qui Archiepiscopum adibant.  
Quippe Rex Angliæ, offensus, quod ex  
Anglia fugientem Rex Franciæ & Papa  
benevolentissime excepissent, & præsi-  
dium concederent, non Archiepiscopi

K k 4      mo-

Sæcul. XII. modo, sed etiam bona omnium illorum,  
A.C. 1164. qui Thomam quacunque agnatione con-  
tingerent, quin & amicorum fautorum-  
vit. c. II. que, Fisco addixit. Præterea nec seni-  
t. 14. bus decrepitis, nec infantibus in cunis,  
Gervas. nec mulieribus puerperis parcens, e re-  
Chron. 1165. gno ejecit cunctos, jurejurando adstri-  
ctos, quod ad Archiepiscopum, ubique  
que terrarum degeret, se collaturi es-  
sent, ut sua præsentia magis affligerent.  
Tandem pro Thoma in Ecclesia orari  
vetuit. Itaque multi, in exilium mi-  
grare jussi, singulis diebus ad Archiepi-  
scopum confluabant, quamvis complu-  
res in Flandria subsisterent, quos Papa  
eorum ætate, sexu & aeris intemperan-  
tia pensatis, ab edito juramento absolu-  
vit. Ceteri Pontiniacum veniebant,  
Archiepiscopi aures clamoribus & la-  
mentis ob mala, quæ ipsius causa perfer-  
re cogebantur, fatigantes. Ipse cum  
omnes apud se detinere non posset, eos  
in varias cum Epistolis commendatitiis  
mittebat. Ubique vero inveniebant  
subsidiū, tum quod ipsi omnium misé-  
ricordiam excitarent, tum quod pleri-  
que Regis Angliæ crudelitati indigna-  
rentur. Quin etiam non nulli ex pro-  
scriptorum numero fassī sunt, sibi in exi-  
lii loco melius esse quam prius in patria  
sua.

§. XV.